

CORNELI NEPOT

LIBER DE EXCELLENTIBUS DVCIBUS EXTE- RARVM GENTIVM

Batalla de Marató. *Disposició de les tropes gregues a la batalla de Marató contra Darios.*

Hoc in tempore nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit praeter Plataeenses. Ea mille misit militum. Itaque horum adventu decem milia armatorum completa sunt; quae manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate. Quo factum est, ut plus quam collegae Miltiades valeret. Eius ergo auctoritate impulsus Athenienses copias ex urbe eduxerunt locoque idoneo castra fecerunt. Dein postero die sub montis radicibus acie [e] regione instructa non apertissima - namque arbores multis locis erant rarae - proelium commiserunt hoc consilio, ut et montium altitudine tegerentur et arborum tractu equitatus hostium impediretur, ne multitudine clauderentur. Datis etsi non aequum locum videbat suis, tamen fretus numero copiarum suarum conflagere cupiebat eoque magis, quod, priusquam Lacedaemonii subsidio venirent, dimicare utile arbitrabatur. Itaque in aciem peditum centum, equitum decem milia produxit proeliumque commisit. In quo tanto plus virtute valuerunt Athenienses, ut decemplicem numerum hostium profligarint adeoque perterruerint, ut Persae non castra, sed naves petierint. Qua pugna nihil adhuc exstitit nobilius. Nulla enim umquam tam exigua manus tantas opes prostravit.

Miltiades, 5

AUXILIUM

manus: “tropa”.

quo factum est, ut: “d’on s’esdevingué que...”.

Miltiades: general que formà el quadre d’oficials que comandà les tropes d’Atenes i Platea. L’exèrcit grec s’enfrontà el 490 a un copiós exèrcit persa de 300.000 homes amb tan sols 10.000 soldats. El moviment de pinça a Marató sobre els perses els amuntegà i acabaren llançats al mar i les marjals. Amb tan sols 192 atenesos morts i onze de Platea, els grecs infligiren una derrota als perses que els obligà a retirar-se.

apertissima: arcaisme: *apertissima*.

et...et: “no sols... sinó també”.

Datis: oficial de Mardoni que comandà les tropes perses.

eo magis, quod: “especialment per açò, perquè...”

Batalla de Salamina. *Després de Marató els atenesos debaten quina és la millor estratègia que poden prendre per afrontar un nou atac dels perses. Evien una delegació a consultar la Pítia de Delfos.*

AUXILIUM

consultum: supí amb valor final: “a consultar”.

id responsum quo valeret: depén de *intelligeret*. **quo** té valor final “perquè fos útil”.

Themístocles: un dels déu estratègs que participaren a la batalla de Marató, fou l’artífex del poder naval d’Atenes que va aconseguir derrotar els perses a Salamina. Condemnat després a l’ostracisme, s’hagué d’exiliar a la cort del rei persa.

Apollonis: Apol·lo, déu de l’endevinació, qui provoca el do a la Pítia.

Xerxes: successor de Darios, dirigí la segona invasió persa sobre Grècia.

doli: genitiu partitiu “res d’engany”, i.e “cap engany”.


Athenienses propter pugnam Marathoniam, miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus Pythia respondit, ut moenibus ligneis se munirent. Id responsum quo valeret, cum intellegeret nemo, Themistocles persuasit consilium esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent: eum enim a deo significari murum ligneum.

Huius consilium plerisque civitatibus displicebat et in terra dimicari magis placebat. Itaque missi sunt delecti cum Leonida, Lacedaemoniorum rege, qui Thermopylas occuparent longiusque barbaros progredi non paterentur. Hi vim hostium non sustinuerunt eoque loco omnes interierunt.

At Xerxes Thermopylis expugnantis protinus accessit astu idque nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus, quos in arce invenerat, incendio delevit.

Noctu ad regem misit, ut ei nuntiaret suis verbis adversarios eius in fuga esse. Hac re audita barbarus, nihil doli subesse credens, postridie alienissimo sibi loco, contra opportunissimo hostibus, adeo angusto mari confligit, ut eius multitudo navium explicari non potuerit. Victus ergo est magis etiam consilio Themistocli quam armis Graeciae.

Themistocles, 2-4



Bust de Temístocles.

Campanya naval de Milcíades. *El general atenès, després de vèncer a Marató, comanda una flota per castigar els aliats dels perses.*

Post hoc proelium classem LXX navium Athenienses eidem Miltiadi dederunt, ut insulas, quae barbaros adiuverant, bello perseceretur. Quo in imperio plerasque ad officium redire coegit, nonnullas vi expugnavit. Ex his Parum insulam opibus elatam cum oratione reconciliare non posset, copias e navibus eduxit, urbem operibus clausit omnique comœatu privavit; dein vineis ac testudinibus constitutis proprius muros accessit.

Miltiades, 7

La fi de Milcíades. *El general atenès, després de l'atac infructuós contra l'illa de Paros, es retira cap a Atenes, on és acusat de traïció.*

Accusatus ergo est proditiōnis, quod, cum Parum expugnare posset, a rege corruptus infectis rebus discessisset. Eo tempore aeger erat vulneribus, quae in oppugnando oppido acceperat. Itaque, quoniam ipse pro se dicere non posset, verba fecit frater eius Stesagoras. Causa cognita capitis absolutus pecunia multatus est, eaque lis quinquaginta talentis aestimata est, quantus in classem sumptus factus erat. Hanc pecuniam quod solvere in praesentia non poterat, in vincula publica coniectus est ibique diem obiit supremum.

Hic etsi crimine Pario est accusatus, tamen alia causa fuit damnationis. Namque Athenienses propter Pisistrati tyrannidem, quae paucis annis ante fuerat, omnium civium suorum potentiam extimescebant. Miltiades, multum in imperiis magnisque versatus, non videbatur posse esse privatus. Nam Chersonesi omnes illos, quos habitarat, annos perpetuam obtinuerat dominationem tyrannusque fuerat appellatus, sed iustus.

Miltiades, 7-8

AUXILIUM

Pisistrati: Pisístrat fou tirà d'Atenes vers el 560. Afirmà la democràcia amb les seues reformes i deixà el poder als seus fills Hipies i Hiparc, que foren assassinats.

Chersonesi: habitants del Quersonés, península que governà Milcíades.



Hoplita espartà.

Retrat de Pausànies. *Rei d'Esparta, va ser el cervell de la resistència contra els perses, als que va vèncer amb una confederació dels grecs a Platea. Després va assetjar Tebes per no haver recolzat la confederació. Durant les tensions amb Atenes, fou partidari d'acceptar tota l'ajuda persa.*

Pausanias Lacedaemonius magnus homo, sed varius in omni genere vitae fuit: nam ut virtutibus eluxit, sic vitiiis est obrutus. Huius illustrissimum est proelium apud Plataeas. Namque illo duce Mardonius, satrapes regius, natione Medus, regis gener, in primis omnium Persarum et manu fortis et consilii plenus, cum CC milibus peditum, quos viri-
tim legerat, et XX equitum haud ita magna manu Graeciae fugatus est, eoque ipse dux cecidit proelio. Qua victoria elatus plurima miscere coepit et maiora concupiscere.

Pausanias, II-2

La mort d'Anníbal. *El general cartaginès, refugiat a Àsia després de la desfeta de Zama, és descobert per les patrulles romanes.*

Huc cum legati Romanorum venissent ac multitudine domum eius circumdedissent, puer ab ianua prospiciens Hannibali dixit plures praeter consuetudinem armatos apparere. Qui imperavit ei, ut omnes fores aedificii circumiret ac propere sibi nuntiaret, num eodem modo undique obsideretur.(...) Quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor pristinarum virtutum venenum, quod semper secum habere consuerat, sumpsit.

Hannibalis, 12

AUXILIUM

Huc cum legati: has d'entendre *cum legati Romanorum huc venissent.*

Qui: relatiu coordinatiu "aquest".

quam: fa referència a la vida. *Dimittere vitam* "abandonar la vida", "morir".

alieno arbitrio: "per decisió d'un altre".